

*Digest. Lib. XLIX. Tit. I.***De Appellationibus & Relationibus.**

§.1. *Appellatio* 1. *signatè*, est jus.

2. *exercitè*, est actus, quo inferioris judicis sententia, aliudve factum iniquitatis arguitur, ac superioris decisioni causa legitimè committitur.

§.2. *Admittitur* regulariter etiam in criminalibus

(*secus tamen in his de consuetudine Germania.*)

à sententiâ definitivâ, non interlocutoria, nisi gravamen potest non possit reparari.

(*Jure Canon. à quovis gravamine.*)

etiam in actibus extrajudicialibus. e.g. ab electione, nominatione ad munus publ.

§.3. *Non admittitur*

1. Sententiâ latâ in possessorio momentaneo & summarissimo, in ordinario autem possess. admittitur, cum effectu tamen non suspensivo executionem, sed devolutivo.

2. in causis moram non ferentibus. e.g. alimentorum, refectiois ædificiorum.

3. in executione (nisi modus excedatur) It. à sententiâ de exseq.

4. tribus conformibus sententiis latis. contra tamen in Camera.

§.4. *Relatio*, qua judex inferior superiori causam dubiam referendo eum consulebat, quomodo judicare debeat.

dicitur etiam *Consultatio*, sublata Novellis, admittitur, Jure Canonico. It. Hodie.

§.5. *Alia relatio*, quâ judex inferior post sententiam latam, & à quo appellatum est, refert, se appellationem interpositam suscepisse, aut eam non recepisse, & cur non receperit.

§.6. It. alia est *consultatio*,

quam Princeps, ad quem appellatum, instituit.

M m m m 3

Tit. II.